

Alte Drucke

**M. T. CICERONIS || EPISTOLÆ AD || COMPLVRES SCRIPTÆ, ||
QVAS VVLGO FAMILIARES || APPELLARVNT, || EDITÆ || DE
SENTENTIA || IOACHIMI CAMERARII || ...**

Cicero, Marcus Tullius

Lipsiae, 1578

VD16 ZV 31063

M. T. CICERONIS LIBER EPISTOLARVM, AD P. LENTVLVM PROCONS.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149712

M. T. CICERONIS LIBER
EPISTOLARVM, AD P.
LENTVLVM PRO-
CONS.

M. T. C. PVBLIO LENTVLO
PROCONSVLI S. P. D.

EGO OMNI OFFICIO, AC PO-
tius pietate erga te, ceteris satisfacio omnibus,
mibi ipse nunquam satisfacio. Tanta enim magnitudo
est tuorum erga me meritorum, ut quoniam tu, nisi
perfectare, de me non conquiesci, ego quia non idem
in tua causa efficio, vitam mihi esse acerbam putem.
In causa haec sunt. Ammonius regis legatus aperte pec-
cunia nos oppugnat. Res agitur per eosdem credito-
res, per quos, cum tu aderas, agebatur. Regis causa,
si qui sunt, qui velint, qui pauci sunt, omnes rem ad
Pompeium deferri volunt. Senatus religionis calumni-
am non religione, sed malevolentia, & illius regia lar-
gitionis inuidia comprobatur. Pompeium & hortari, &
orare, & iam liberius accusare, & monere, ut ma-
gis infamiam fugiat, non desistimus. Sed plane nec
precibus nostris, nec admonitionibus relinquit locum.
Nam cum in sermone quotidiano, tum in senatu pa-
lam sic egit causam tuam, ut neque eloquentia maiore
quisquam neque gravitate, nec studio, nec contentione
agere potuerit, cum summa testificatione tuorum in se
officiorum, & amoris erga te sui. [b] Marcelli-
num tibi esse inratum scis. Is hac regia causa exce-
pta, ceteris in rebus se acerrimum tui defensorem fo-
re, ostendit. Quod dat, accipimus: quod instituit
B referre

referre de religione, & saepe iam retulit, ab eo deduci non potest. Res ante Idus acta sic est, nam hac Idibus mane scripsi. Hortensij, & mea, & Luculli sententia cedit religioni de exercitu (teneri enim res aliter non potest) sed ex illo senatu (consulto, quod te referente factum est, tibi decernit, ut regem reducas: quod commode facere possis, ut exercitum religio tollat, te autorem senatus retineat. Crassus treis ^{et fuit salu} legatos decernit, nec excludit Pompeium: censet enim etiam ex ijs, qui cum imperio sunt. Bibulus treis legatos ex ijs, qui privati sunt. Huic assentiuntur reliqui consulares, prater Serulium, qui omnino reduci negat oportere, & Volcatium qui Lupo referente, Pompeio decernit, & Afranium, qui assentitur Volcatio: quae res auget suspicionem Pompeij voluntatis: nam advertebatur, Pompeij familiares assentiri Volcatio. Laboratur vehementer: inclinata res est. Libonis & Hipsei non obscura concursatio, & contentio, omniumque Pompeij familiarium studium, in eam opinionem rem adduxerunt, ut Pompeius cupere videatur: cui qui nolunt, idem tibi, quod eum ornasti, non sunt amici. Nos in causa auctoritatem eo minorem habemus, quod tibi debemus. Gratiam autem nostram extinguit hominum suspicio, quod Pompeio se gratificari putant. Ut in rebus multo ante, quam profectus es, ab ipso rege, & ab intimis, ac domesticis Pompeij clam exulceratis, deinde palam ad consularibus exagitatis, & in summam [a] inuidiam adductis, ita versamur. Nostram fidem omnes, & amorem tui absentis praesentes tui cognoscent. Si esset in ijs fides, in quibus summa esse debebat, non laboraremus.

M. T.

studendi animi
suum ab omni
alia cogitatione
ne ad literarum
studia traducere

quod post tuum discessum, is dies primus honestissimus
nobis fuerat in senatu, ita sum cum illo locutus, vt mihi
viderer animum hominis ab omni alia cogitatione
ad tuam dignitatem tuendam traducere, quem ego
ipsum cum audio, prorsus eum libero omni suspitione
cupiditatis: cum autem eius familiareis omnium or-
dinum video, perspicio id, quod iam omnibus est aper-
tum, totam rem istam iam pridem a certis hominibus
non inuito rege ipso, consulariisq; eius, esse corrup-
tam. Hac scripsi ad XVI. Kalendas February, an-
te lucem. Eo die senatus erat futurus. Nos in sena-
tu, quemadmodum spero, dignitatem nostram, vt
potest in tanta hominum perfidia & iniquitate, reti-
nebimus. Quod ad popularem rationem attinet, hoc
videmur esse consecuti, vt nequid agi cum populo
aut saluis auspicijs, aut saluis legibus, aut denique
sine vi possit. De his rebus pridie, quam hac scripsi,
senatus autoritas grauissima intercesserat, cum Cato
& Caninius intercessissent, tamen est perscripta: eam
ad te missam esse arbitror. De ceteris rebus quicquid
erit actum, scribam ad te, & vt quam rectissime
agantur, omni mea cura, opera, diligentia, gratia,
prouidebo. Vale.

27. 14. Jan

Notitia
Causa
maior

M. T. C. PVBLIO LENTV-
LO S. P. D.

AVLIO TREBONIO, QVI IN
tua provincia magna negotia & ampla & expedita
habet, multos annos [a] vtor valde familiariter. Is
cum antea semper & suo splendore, & nostra, cetero-
rumq; amicorum commendatione gratissimus in pro-
vincia fuit: tum, hoc tempore propter tuum in me a-
more,

morem, nostramq; necessitudinem vehementer cōfīdit,
his meis literis se apud te gratiosum fore: quæ ne spes
eum fallat, vehementer te rogo, commendog; tibi eius
omnia negotia, libertos, procuratores, familiam. In-
primisque vt, quæ Appius de eius re decreuit, ea com-
probes, omnibusq; rebus eum ita tractes, vt intelligat
nostram commendationem non vulgarem fuisse. Vale.

M. T. C. PVBLIO LENTV-
LO S. P. D.

4

AD XVI. CALEND. FEB. CVM

in senatu pulcerrime starenus, quod iam illam senten-
tiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei frega-
mus, vnumq; certamen esset relictum, sententia Vol-
catij: res ad aduersarijs nostris extracta est varijs ca-
lumnij: causam enim frequenti senatu in magna va-
rietate, magnaq; inuidia eorum, qui a te causam re-
giam aliò transferebant, obtinebamus. Eo die acer-
bum habuimus Curionem, Bibulum multo instiorem,
pene etiam amicum. Caninius, & Cato negarunt se
legem vllam ante comitia esse laturos. Senatus haberi
ante Calend. Feb. per legem Pupiam, id quod scis, non
potest, neq; mense Feb. toto, nisi perfectis, aut reie-
ctis legationibus. Hæc tamen opinio est populi Roma-
ni, à tuis inuidis, atq; obsecratoribus nomen indu-
ctum fictæ religionis, non tam vt te impedirent, quam
vt ne quis propter [b] exercitus cupiditatem Alex-
andriam vellet ire. Dignitatis autem tua nemo est,
quin existimet habitam esse rationem a senatu: ne-
mo est enim, qui nesciat, quo minus discessio fieret,
per aduersarios tuos esse factum: qui nunc populi

B 3

Rom.

Calumniæ
inducere no-
men fictæ re-
ligionis. Sicut
Caninius

Rom. nomine, re autem vera sceleratissimo latrocinio, si qua conabuntur agere, satis prouisum est, ut ne quid saluis auspicijs, aut legibus, aut etiam sine vi agere possint. Ego neq. de meo studio, neq. de nonnullorum inuidia, scribendum mihi esse arbitror. Quid enim aut me ostentem, qui si vitam pro tua dignitate ^{merito} profundam nullam partem videar tuorum meritorum ^{um?} assecutus? aut de aliorum iniurijs querar, quod sine summo dolore facere non possum? Ego tibi, in hac praesertim imbecillitate magistratum, praestare nihil possum: at ea excepta, possum confirmare, te & Senatus, & populi Rom. summo studio, amplitudinem tuam re-
tenturum. Vale.

M. T. C. PVBLIO LENTV-

S

LO. S. P. D.

TAMETSI MIHI NIHIL FV-
it optatius, quam ut primum abs te ipso, deinde a ca-
teris omnibus, quam gratissimus erga te esse cognosce-
^{Dolendi} rer: tamen afficior summo dolore, eiusmodi tempora
post tuam profectionem consecuta esse, ut & meam
& ceterorum erga te fidem & beneuolentiam absens
experirere. Te autem & videre & sentire eandem
fidem esse hominum in tua dignitate, quam ego in
^{Diligentia} mea salute sum expertus, ex tuis litteris intellexi. Nos
cum maxime consilio, studio, labore, gratia, de cau-
sa regia niteremur, subito exorta est nefaria Catonis
promulgatio, qua studia nostra impediret, [a] & 5.
^{Terrendi} animos a minore cura ad summum timorem traduce-
ret. Sed tamen in huiusmodi rerum perturbatione,
quanquam omnia sunt metuenda, nihil magis, quam
perfidiam timemus: & Catoni quidem, quoquo mo-
do sese

do sese res habeat, profecto resistimus. De Alexandri-
 na re, caussaq; regia tantum habeo polliceri, me tibi
absenti, tuisq; presentibus cumulate satisfacturum.
 Sed vereor, ne aut eripiat^{ne ad a. b. d. in not.}ur a nobis regia caussa, aut
 deferatur: quorum virum minus velim, non facile
 possum existimare. Sed si res cogel, est quiddam ter-
 tium, quod neq; Selicio, nec mihi displicebat, ut neque
iacere regem pateremur, nec nobis repugnantibus ad
eum deferri, ad quem prope iam delatum esse existi-
matur. A nobis agentur omnia diligenter, ut neq; si
 quid obtineri poterit, non contendamus, neq; si quid
 non obtinuerimus, repulsi esse videamur. Tue sapien-
tiae, magnitudinisq; animi est, omnem amplitudinem,
& dignitatem tuam in virtute, atq; in rebus gestis tu-
is, atq; in tua gravitate positam existimare. Si quid
 ex his rebus, quas tibi fortuna elargita est, nonnullorum ^{Fraudis.}
 hominum perfidia detraxerit, id maiori illis fraudi,
 quam tibi futurum. A me nullum tempus pratermit-
titur de tuis rebus & agendi & cogitandi: vtorq; ad
omnia Q. Selicio, quo neq; prudentiorem quenquam
ex tuis, neq; fide maiore esse iudico, neq; amantiorem
tui. Hic quae agantur, quaeq; acta sint, ea te & literis
multorum, & nuncijs cognoscere arbitror: quae au-
tem posita sunt in coniectura, quaeq; mihi videntur
fore, ea puto tibi a me scribi oportere. Posteaquam
Pompeius apud populum ad VII. Idus Februarias,
 5. cum pro Milone diceret, clamore, conuiciog; [b] ^{Conuiciandi}
iactatus est, in senatug; a Catone asperere & acerbe, ^{accusandi.}
omnium magno silentio, est accusatus: visus est mi-
hi vehementer esse perturbatus. Itaq; Alexandri-
na caussa, quae nobis adhuc integra est (nihil enim
tibi detraxit senatus, nisi id, quod per eandem

religionem dari alteri non potest) videtur ab illo pla-^{despe}
ne esse deposita. Nunc id speramus, idq; molimur,^{radid.}
 vt cum rex intelligat sese, id quod cogitabat, vt a
 Pompeio reducat, assequi non posse, & nisi per te
 sit restitutus, desertum se atq; abiectum fore profi-
 ciscatur ad te. Quod sine vlla dubitatione, si Pompe-
 ius paulum modo ostenderet sibi placere, faciet. Sed
nosti hominis tarditatem & taciturnitatem. Nos
 tamen nihil, quod ad eam rem pertineat, pretermit-
timus. Ceteris iniurijs, quae propositae sunt a Catone,
 facile vt spero, resistemus, amicum ex consularibus
 neminem tibi esse video, praeter Hortensium & Lucul-
 lum: ceteri sunt partim obscurius iniqui, partim non
 dissimulenter irati. Tu fac animo forti, magnog; sis,^{Faciliu}
speresq; fore, vt fracto impetu leuissimi hominis, tu-^{dinis.}
am pristinam dignitatem & gloriam consequare.

M. T. C. PVBLIO LENTV-

6

LO S. P. D.

QVAE GERANTVR ACCIPI-

es ex Pollione, qui omnibus negocijs non interfuit so-
lum, sed praesuit. Me in summo dolore, quem in tuis
rebus capio, maxime scilicet consolatur spes, quod val-
de suspicor fore, vt infringatur hominum improbitas,
& consilijs tuorum amicorum, & ipsa illa, qua debili-
tantur cogitationes & inimicorum & proditorum.
Facile secundo loco me consolatur recordatio meorum
temporum, quorum [a] imaginem video in tuis rebus. 6.
 Nam etsi minori in re violatur tua dignitas, quam
 mea salus afflicta sit, tamen est tanta similitudo, vt
 sperem te mihi agnoscere, si ea non timuerim, quae ne
 tu qui-

tu quidem vnquam timenda duxisti. Sed presta te
 eum, qui mihi^{et apud} teneris (vt Graci dicunt) ^{ovvayv} vnquiculis
es cognitus. ^{patientia bo} Illustrabit (mibi crede) ^{notum illu} tuam amplitu-
dinem hominum inuria. A me autem omnia summa
 in te studia, officia³, expecta: non fallam opinionem
 tuam. Vale.

M. T. C. PVBLIO LENTV-
 LO S. P. D.

7 *habui*

LEGI TVAS LITERAS, QVI-

bus ad me scribis, gratum tibi esse, quod crebro certior
 per me⁷ fias de omnibus rebus, & meam erga te bene-
 uolentiam facile perspicias: quorum alterum mihi,
 vt te plurimum diligam, facere necesse est, si volo is es-
 se, quem tu me esse voluisti: alterum facio libenter, vt
quoniam interuallo locorum & temporum disuncti
sumus, per literas tecum quam sapissime colloquar.
Quod si rarius fiet, quam tu expectabis, id erit caussa,
quod non eius generis mea litera sunt, vt eas audeam
committere. Quoties mihi certorum hominum
 potestas erit, quibus recte dem, non pratermittam.
 Quod scire vis, qua quisq, in te fide sit & voluntate:
difficile dictu est de singulis. Vnum illud audeo, quod
 antea tibi saepe significauī, nunc quoq, re perspecta &
 cognita, scribere: vehementer quosdam homines, &
 eos maxime, qui te & maxime debuerunt, & pluri-
 mum iuuare potuerunt, inuidisse dignitati tuae, simili-
 mamq, in re dissimili tui temporis nunc, & nostri quon-
 6. dam fuisse rationem: vt, quos tu [b] Reipublice caus-
 sa laferas, palam te oppugnarent: quorum authorita-
 tem, dignitatem voluntatemq, defenderas, non tam
 memores essent virtutis tuae, quam laudis inimici. Quo

quidem tempore ut perscripsi ad te antea, cognoui Hortensium percupidum tui, studiosum Lucullum, ex magistratibus autem L. Rutilium, & fide, & animo in te singulari. Nam nostra propugnatio, ac defensio dignitatis tuae, propter magnitudinem beneficij tui fortasse plerisque officij maiorem auctoritatem habere videatur, quam sententia. Præterea quidem de consularibus nemini possum aut studij erga te, aut officij aut amici animi esse testis. Etenim Pompeium, qui mecum sepius non solum a me provocatus, sed etiam sua sponte de te communicare solet, scis temporibus illis non saepe in senatu fuisse. Cui quidem literæ tuæ, quas proxime miseras, quod facile intellexerim, per-
summa potius sapientia, non iucunda solum, sed etiam probatior
admirabilis visa est. Virum enim excellentem, & tibi tua præstanti in eum liberalitate deuinctum, nonnihil suspicantem propter aliquorum opinionem cupiditatis suæ, te a se abalienatum, illa epistola retinuiſti. Qui mihi cum semper tuæ laudi fauere visus est, etiam ipso suspiciosissimo tempore. ^{Da sapia res magnas luculentius} Cannano: tum vero lectis tuis literis perspectus est a me toto animo de te, ac promoueri
de tuis ornamentis, & commodis cogitare. Quare ea, quæ scribam, sic habeto, me, cum illo re saepe communicata, de illius ad te sententia atque auctoritate scribere. Quoniam senatusconsultum nullum extat, quo reductio regis Alexandrini tibi adempta sit: eaque, quæ de ea causa scripta est, auctoritas, [a] cuius intercessum esse, ut ne quis omnino regem reduceret, tantam vim habet, ut magis iratorum hominum studium, quam constantis senatus consilium esse videatur: te posse perspicere, qui Ciliciam, Cyprumque teneas.

2.

7.

teneas quid efficere, & quid consequi possis: & si res facultatem habitura videatur, ut Alexandriam, atq; Aegyptum tenere possis, esse & tua, & nostri imperij dignitatis, Ptolemaide, aut aliquo propinquo loco rege collocato, te cum classe, atq; exercitu proficisci Alexandriam, ut cum eam pace, praesidijsq; firmaris, Ptolemeus redeat in regnum, ita fore, ut per te restituatur, quemadmodum senatus initio censuit: & sine multitudine reducatur, quemadmodum homines religiosi Sibylla placere dixerunt. Sed hac sententia sic & illi & nobis probabatur, ut ex euentu homines de tuo consilio existimatos videremus: si cecidisset, ut volumus & optamus, omnes te sapienter & fortiter: sin aliquid esset offensum, eosdem illos & cupide & temere, fecisse dicturos. Quare quid assequi possis, non tam facile est nobis, quam tibi, cui prope in conspectu Aegyptus est, indicare. Nos quidem hoc sentimus, si exploratum tibi sit, posse te illius regni potiri, non esse conandum: sin dubium, non esse conandum. Illud tibi affirmo, si rem istam ex sententia gesseris, fore, ut absens a multis, cum redieris, ab omnibus collaudere: offensionem esse periculosam propter interpositam auctoritatem religionemq; video. Sed ego te ad certam laudem adhortor, sic a dimicatione deterreo, redeoq; ad illud, quod initio scripsi, totius facti tui iudicium non tam ex consilio tuo, quam ex euentu homines esse [b] facturos. Quod si hac ratio rei gerende periculosa tibi videbitur, placebat illud, ut si rex amicis tuis, qui per provinciam imperij tui pecunias ei credidissent, fidem suam praestitisset, & auxilijs eum tuis, & copijs adiunares: eam esse

PRUDENTIA.

quam adeptum de fortuna videretur. Te vero moneo cum beneficijs tuis, tum amore incitatus meo, ut omnem gloriam, ad quam a pueritia inflammatus fuisti, omni cura atq; industria consequare: magnitudinemq; animi tui, quam ego semper sum admiratus, semperq; amavi, ne vnuquam inflectas cuiusquam iniuria. Magna est hominum opinio de te, magna commendatio liberalitatis, magna memoria consulatus tui. Hec profecto vides, quanto expresiora, quantoque illustriora futura sint, cum aliquantum ex provincia, atq; ex imperio laudis accesserit. Quanquam te ita gerere volo, quae per exercitum atq; imperium gerenda sunt, ut haec multo ante meditare, huc te parer, haec cogites, ad haec te exerceas, sentiasque id, quod quia semper sperasti, non dubito quin adeptus, intelligas te facillime posse obtinere summum atq; altissimum gradum ciuitatis. Quae quidem mea cohortatio, ne tibi inanis, aut sine causa suscepta videatur, illa me ratio mouit, ut te ex nostris euentis communibus admonendum putarem, ut considerares in omni reliqua tua vita, quibus crederes, quos caueres.

Cap. 4. Quod scribis te velle scire, qui sit Reipublica status, summa dissensio est, sed contentio dispar. Nam qui plus opibus, armis, potentia valent, perfecisse tantum mihi videntur stulticia, & inconstantia aduersariorum, ut etiam autoritate iam plus valerent. Itaque per paucos aduersantibus, omnia, quae ne per populum [b] quidem sine seditione se assequi arbitrabantur, per senatum consecuti sunt. Nam & stipendium Caesari decretum est, & decem legati, & ne lege Sempronia succederetur, facile perfectum est. Quod eo ad te breuius scribo, quia me status hic Reip-

Reip-

Reipublica non delectat: scribo tamen, ut te admo-
neam, quod ipse literis omnibus a pueritia deditus ex-
periendo tamen magis, quam discendo cognoui, ut
tu rebus tuis integris discas neque salutis nostrae ratio-
nem nobis habendam esse sine dignitate, neque digni-
tatis sine salute. Quod mihi de filia, & de Crasipe-
de gratularis, agnosco humanitatem tuam: spero,
& opto, nobis hanc coniunctionem voluptati fore. Len-
tulum nostrum eximia spe, summa virtutis adolescen-
tem, cum ceteris artibus, quibus studuisti semper ipse-
tum imprimis imitatione tui fac erudias: nulla enim
erit hac praestantior disciplina: quem nos, & quia tuus,
& quia te dignus est filius, et quia nos diligit, semperque
dilexit, imprimis amamus, carumque habemus.

M. T. C. PUBLIO LENTU-
LO S. P. D.

DE OMNIBVS REBVS, QVAE

ad te pertinent, quid actum, quid constitutum sit, quid
Pompeius susceperit, optime ex Emplatorio cognosces,
qui non solum interfuit his rebus, sed etiam praesuit,
Officiorum neque ullum officium erga te hominis amantissimi, pru-
dentissimi, diligentissimique praetermisit. Ex eodem de
ioto statu rerum communium cognosces: quae quales
sunt, non facile est scribere. Sunt quidem certe in ami-
corum nostrorum potestate, atque ita, ut nullam mu-
tationem unquam hac hominum aetate habitura res
esse videatur. [a] Ego quidem, ut debeo, & ut tute
mihi praecepisti, & ut me dignitas, utilitasque cogit, me
ad eius rationes adiungo, quem tu in meis rationibus
tibi esse adiungendum putasti. Sed te non praeterit, Sciendi
quam

Monipert
di

9

quam

quam sit difficile, sensum in Republica, praesertim re-
 ctum & confirmatum deponere. Veruntamen ipse me
 confirmo ad eius voluntatem, a quo honeste dissentire
 non possum. Ineq; id facio, ut forsitan quibusdam vi-
 deor, simulatione: tantum enim animi inductio, &
 mehercule amor erga Pompeium apud me valet, ut
 quae illi vitia sunt, & quae ille vult, ea mihi omnia
 iam & recta, & vera videantur. Neg; (ut ego ar-
 bitror) errarent, ne aduersarii quidam eius, si cum
 pares esse non possent, pugnare desisterent. Me qui-
 dem & illa res consolatur, quod ego is sum, cui vel
 maxime concedant omnes, ut vel ea defendam, quae
 Pompeius velit, vel taceam, vel etiam id, quod mi-
 hi maxime lubet, ad nostra studia me referam litera-
 rum, quod profecto faciam, si mihi per eiusdem ami-
 citiam licebit. Quae enim proposita fuerant nobis, cum
 & honoribus amplissimis, & laboribus maximis per-
 functi essemus, dignitas in sententijs dicendis, libertas
 in Republica capeffenda, ea sublata tota, sed nec mi-
 hi magis, quam omnibus. Nam aut assentiendum est
 nulla cum gravitate paucis, aut frustra dissentiendum.
 Hac ego ad te ob eam causam maxime scribo, ut iam
 de tua quoq; ratione meditare. Commutata tota ra-
 tio est senatus, iudiciorum, rei totius publicae, cum
 nobis exoptandum est, quod ii, qui potuerunt rerum,
 praesentia videntur, si quidam homines patientius
 eorum potentiam ferre potuerint. Dignitatem qui-
 dem illam [b] consularem fortis, & constantis
 senatoris, nihil est quod cogitemus: amissa est culpa
 eorum, qui a senatu & ordinem coniunctissimum,
 & hominem clarissimum alienauerunt. Sed ut
 ad ea, quae coniunctiora rebus tuis sunt, revertar:

Pom-

Pompeium tibi valde amicum esse cognoui: & eo tu
 consule, quantum ego perspicio, omnia quæ voles, ob-
 tinebis. Quibus in rebus me ille sibi affixum habebit,
neq. à me vlla res, quæ ad te pertineat, negligetur.
neq. enim verebor, ne sim ei molestus, cui iucundum
erit etiam propter id ipsum, quod me esse gratum vide-
bit. Tu velim ita tibi persuadeas, nullam rem esse
 minimam, quæ ad te pertineat, quæ mihi non carior
 sit, quam meæ res omnes. Idq. cum sentiam, seduli-
 tate mihi met ipse satisfacere possum: re quidem ipsa
ideo mihi non satisfacta, quod nullam partem tuorum
meritorum non modo referenda, sed ne cogitanda
quidem gratia consequi possum. Rem te valde bene
 gessisse, rumor erat. Expectabantur literæ tuæ, de
 quibus eramus iam cum Pompeio locuti: quæ si erunt
 allatæ, nostrum studium extabit in conveniendis ma-
 gistratibus & senatoribus. Cetera quæ ad te pertine-
 bunt, cum etiam plus contenderimus, quam possumus,
 minus tamen faciemus, quam debemus.

M. T. C. PUBLIO LENTV-
 LO S. P. D.

9

Capit.
 C. 100.

PERIVCVNDAE MIHI FVE-
 runt literæ tuæ, quibus intellexi, te perspicere meam in
 te pietatem: quid enim dicam benevolentia, cum illud
 ipsum gravissimum et sanctissimum nomen pietatis le-
 uis mihi [a] meritis erga me tuis esse videatur? ^{autem}
 autem grata tibi mea erga te studia scribis esse, facis
 tu quidem abundantia quadam amoris, ut etiam grata
 sint ea, quæ prætermitti sine nefario scelere nō possunt.
 Tibi autē multo notior atq. illustrior meus in te animus
 esset,

100

100

100

100

100

100

100

100

100

100

100

100

100

100

100

100

100

100

100

100

100

100

100

esset, si hoc tempore omni, quo seiuncti fuimus, & vna et Roma fuisset. Nam in eo ipso, quod te ostendis esse facturum, quodq; & imprimis potes, & ego à te vehementer expecto, in sententijs senatorijs & in omni actione, atq; administratione Reipub. floruisse. De qua ostendam equidem paulo post, qui sit meus sensus & status: & rescribam tibi ad ea, quæ quæris: sed certe & ego te autore amicissimo ac sapientissimo, & tu me consiliario fortasse non imperitissimo, fideli quidem & beneuolo certe vsus esses: quanquam tua quidem causa te esse imperatorem, prouinciamq; bene gestis rebus cum exercitu victore obtinere, vti debeo, lator. Sed certe qui tibi ex me fructus debentur, eos vberiores & præstantiores præsens capere potuisses. In eis vero vliscendis, quos tibi partim inimicos esse intelligis, propter tuam propugnationem salutis meæ, partim inuidere propter illius actionis amplitudinem & gloriam: mirificum me tibi comitem præbuissem: quanquam ille perennis inimicus amicorum suorum, qui tuis maximis beneficijs ornatus in te potissimum fractam illam, & debilitatam vim suam contulit, nostram vicem vltius est ipse per sese: ea est enim conatus, quibus patefactis, nullam sibi in posterum, non modo dignitatis, sed ne libertatis quidem partem reliquit. Te autem, etsi mallet in meis rebus expertum, quam etiam in tuis, tamen in molestia gaudeo eandem fidem cognoscere

10. [b] hominum, non ita magna mercede, quam ego maximo dolore cognoram. De qua ratione tota iam videtur mihi exponendi tempus dari, ut tibi rescribam ad ea, quæ quæris. Certiorem te per literas scribis esse factum, me cum Casare & cum Appio esse in

C

gratia

Silicia
propof.

Capit 2
Propof.

Nat.

gratia : teq; id non reprehendere ascribis. Vatinium autem, scire te velle ostendis, quibus rebus adductus defenderim & laudarim. Quod tibi vt planius exponam, altius paulo rationem meorum consiliorum repetam necesse est. Ego me Lentule initio rerum atq; actionum tuarum, non solum meis, sed etiam Reipub. restitutum putabam : & quoniam tibi incredibilem quendam amorem, & omnia in te ipsum summa ac singularia studia deberem, Reipub. qua te in me restituendo multum adiunisset, eum certe me animum merito ipsius debere arbitrabar, quem antea tantummodo communi officio ciuium, non aliquo erga me singulari beneficio debitum praestitissem. Hac me mente fuisse, & senatus ex me te consule audiuit, & tu in nostris sermonibus, colloctionibusq; ipse vidisti : etsi iam primis temporibus illis, multis rebus meus offerebatur animus : cum te agente de reliqua nostra dignitate, aut occulta nonnullorum odia, aut obscura in me studia cernebam. Nam neq; de monumentis meis ab ijs adiutus es, a quibus debuisti : neq; de vi nefaria, qua cum fratre eram domo expulsus : neq; hercule in ijs ipsis rebus, qua quanquam erant mihi propter rei familiaris naufragia necessaria, tamen a me minimi putabantur, in meis damnis ex autoritate senatus rescandendis, eam voluntatem, quam expectaram, praestiterunt. Quae cum viderem, [a] (neq; enim erant ob- I. I. scura) non tamen tam acerba mihi hac accidebant, quam erant illa grata, qua fecerant. Itaq; quanquam & Pompeio plurimum, te quidem ipso predicatore ac teste debebam : & eum non solum beneficio, sed amore etiam, & perpetuo quodam iudicio meo diligebam : tamen non reputans quid ille vellet, in omnibus

*in Defas-
viandis
pugn*

nibus meis sententijs de Repub. pristinis permanebam. Ego sedente Cn. Pompeio, cum ut laudaret Pompeium, P. Sextius introisset in urbem, dixissetq; testis Vatinius, me fortuna, & felicitate C. Caesaris commotum, illi amicum esse cepisse, dixi me eam Bibuli fortunam, quam ille afflictam putaret, omnium triumphis, victorijsq; anteferre: dixiq; eodem teste alio loco, eosdem esse, qui Bibulum exire domo prohibuissent, & qui me coegissent: tota vero interrogatio mea nihil habuit aliud, nisi reprehensionem illius tribunatus, in quo omnia dicta sunt libertate animoq; maximo, de vi, de auspicijs, de donatione regnorum. Neq; vero hac in causa modo, sed constanter saepe in senatu, quin etiam Marcellino & Philippo consulibus, Nonis Aprilibus mihi est senatus assensus, ut de agro Campano frequenti senatu Idib. Martijs referretur. Non potui magis in arcem illius causae inuadere, aut magis obliuisci temporum meorum, & meminisse actionum. Hac à me Capit. 3.
sententia dicta magnus animorum motus est factus,
 cum eorum, quorum oportuit, tum illorum etiam quorum nunquam putarum. Nam hoc senatus consulto in meam sententiam facto, Pompeius, cum nihil mihi ostendisset se esse offensum, in Sardiniam & in Africam profectus est, eorq; itinere Lucam ad Caesarem venit: [b] ibi multa de mea sententia questus est Caesar, quippe qui etiam Rauennae Crassum ante vidisset, ab eoque in me esset incensus. Sane moleste Pompeium id ferre constabat: quod ego cum audissem ex alijs, maxime ex meo fratre cognoui: quem cum in Sardinia Pompeius paucis post diebus, quam Luca discesserat, conuenisset: Te, inquit, ipsum cupio, nihil

opportunitatis.
Solvendi.

nihil oportunitus potuit accidere: nisi cum Marco fra-
tre diligenter egeris, dependendum tibi est, quod
mibi pro illo spondidisti. Quid multa? questus est
grauiter: sua merita commemorauit, quid egisset se-
pissime de actis Caesaris cum ipso meo fratre, quidq; si-
bi is de me recepisset, in memoriam redegit, seq. qua
de mea salute egisset, voluntate Caesaris egisse, ipsum
meum fratrem testatus est: cuius causam dignita-
temq; mihi ut commendaret, rogauit, ut eam ne op-
pugnarem, si nollem, aut non possem tueri. Hac
cum ad me frater pertulisset, & cum ante tamen
Pompeius ad me cum mandatis Vibullium misisset, ut
integrum mihi de causa Campana ad suum reditum
referuarem: collegi ipse me, & cum ipsa quasi Repu-
blica collocutus sum: ut mihi tam multa pro se per-
pesso atq; persuncto concederet, ut officium meum
memoremg, in benemeritos animum fidemq; fratris
mei prestarem, eumq;, quem bonum ciuem semper
habuisset, bonum virum esse pateretur. In illis au-
tem meis actionibus, sententijsq; omnibus, quae Pom-
peium videbantur offendere, certorum hominum,
quos iam debes suspicari, sermones referebantur ad
me: qui cum illa sentirent in Rep. quae ego agebam,
semperq; sensissent: me tamen non satisfacere Pom-
peio, Caesaremq; [a] inimicissimum mihi futu-
rum gaudere se aiebant. Erat hoc mihi dolendum,
sed multo magis illud, quod inimicum meum (meum
autem? imo vero legum, iudiciorum, ecclij, patria, bo-
norum omnium) sic amplexabantur, sic in manibus
habebant, sic fouebant, sic me praesente osculaban-
tur: non illi quidem, ut mihi stomachum facerent,
quem ego funditus perdididi: sed certe ut facere se ar-
bitra-

bitrarentur. Hic ego quantum humano consilio effi-
cere potui, circumspectis rebus meis omnibus ratio-
nibusq; subductis, summam feci cogitationum mea-
rum omnium, quam tibi, si potero, breuiter expo-
nam. Ego si ab improbis & perditis ciuibus Rempu-
blicam teneri viderem, sicut & meis temporibus sci-
mus, & nonnullis alijs accidisse accepimus, non mo-
do non premijs, quae apud me minimum valent, sed ne
periculis quidem compulsus vllis, quibus tamen mo-
uentur etiam fortissimi viri, ad eorum causam me
adiungerem: ne si summa quidem eorum in me me-
rita constarent. Cum autem in Repub. Cn. Pompe-
ius princeps esset, vir is, qui hanc potentiam & glo-
riam maximis in Rempub. meritis, praestantissimisq;
rebus gestis esset consecutus, cuiusq; ego dignitatis ab
adolescentia fautor, in praetura autem & in consula-
tu adiutor etiam extitissim: cumq; idem autoritate
& sententia per se consilijs & studijs tecum me adiu-
uisset, meumq; inimicum, vnum in ciuitate haberet
inimicum: non putavi famam inconstantia mihi per-
timescendam, si quibusdam in sententijs paulum me
immutassem, meamq; voluntatem ad summi viri, de
meq; optime meriti dignitatem aggregassem. In hac
sententia [b] complectendus erat mihi Caesar, ve
vides, coniuncta & causa & dignitate. Hic multum
valuit tum vetus amicitia, quam tu non ignoras, mi-
hi & O. Fratri cum Caesare fuisse, tum humanitas
eius, ac liberalitas breui tempore & literis & officijs
perspecta nobis & cognita. Vehementer etiam res
ipsa publica me mouit, quae mihi videbatur contem-
tionem, praesertim maximis rebus a Caesare gestis, cum
illis viris nolle fieri, & ne fieret, vehementer recu-
sare.

Concludendi.

delibera

Caput 4.

meritum

12.

fidem habere M. T. C. EPIST. FAM.

probos, quod non
numquam
uobis fuisse
gaude
fare. Grauiissime autem me in hanc mentem impulit,
& Pompeij fides, quam de me Cæsari dederat, & fra-
tris mei, quam Pompeio. Erant praterea hac animad-
uertenda in ciuitate, quæ sunt apud Platonem no-
strum scripta diuinitus: QVALES IN RE-

legibus
maius
PUBLICA PRINCIPES essent, tales re-
liquos solere esse ciues. Tenebam memoria, nobis con-

S. Decembris
firmandi senatus, ut neminem mirari oporteret, Nonis
Decembris tantum vel animi fuisse in ordine illo, vel
authoritatis. Itemq; memineram, nobis priuatis usq;

cap. 5.
perit
ad Cæsarem & Bibulum consules, cum sententie no-
stre magnum in senatu pondus haberent, vnum fere
sensum fuisse bonorum omnium. Postea cum tu Hi-

recreat
spaniam citeriorem cum imperio obtineres, neque
Respub. consules haberet, sed mercatores prouincia-
rum, & seditionum seruos ac ministros: iecit quidam
casus caput meum quasi certaminis caussa, in me-
diam contentionem dissensionemque ciuilem. Quo
in discrimine, cum mirifica senatus, incredibilis Italia
totius singularis bonorum omnium consensio in me
tuendo extitisset: non dicam quid acciderit (multo-
rum enim est, & varia culpa) [a] tantum di- 13.
cam breviter non mihi exercitum, sed duces defuisse.
In quo ut iam sit in ijs culpa, qui me non defende-
runt, non minor est in ijs, qui reliquerunt: & si ac-
cusandi sunt, qui pertimuerunt, magis etiam repre-
hendendi, qui se timere simularunt. Illud quidem cer-
te nostrum consilium iure laudandum est, quod meos
ciues, & à me conseruatos, & me seruare cupientes
spoliatos ducibus, seruis armatis obijci noluerim: de-
clarareq; maluerim, quanta vis esse potuisset in con-
sensu

sensu bonorum, si ij pro me stante pugna non destitissent, cum afflictum excitare potuissent. Quorum quidem animum tu non perspexisti solum, cum de me ageres, sed etiam confirmasti atq; tenuisti. Qua in causa, non modo non negabo, sed etiam semper & meminero, & predicabo libenter, vsus es quibusdam nobilissimis hominibus, fortioribus in me restituendo, quam fuerant ijdem in tuendo: qua in sententia si constare voluissent, suam autoritatem simul cum salute mea recuperassent. Recreatis enim bonis viris consulatu tuo, & constantissimis atq; optimis actionibus tuis excitatis, C. Pompeio praesertim ad causam adiuncto, cum enim Caesar rebus maximis gestis, singularibus ornatus, & nouis honoribus, ac iudicij senatus, ad autoritatem eius ordinis adiungere tur: nulli improbo cui locus ad Rempub. violandam esse potuisset. Sed attende quae, quae sint consecuta. ^{Caput 6.} *Relicta*
 Primum illa furti muliebrium religionum, qui non pluris fecerat Bonam deam, quam treis sorores, impunitatem scelerum eorum sententijs est assecutus, qui cum tribunus plebis poenas a seditioso ciue per bonos viros in iudicio persequi vellet, exemplum [b] praeclarissimum in posterum vindicandae seditionis de Repub. sustulerunt, ijdemque postea non meum monumentum (non enim ille manubiae meae, sed operis locatio mea fuerat, monumentum vero senatus) hostili nomine, & cruentis iniustum literis esse passi sunt. Qui me homines quod saluum esse voluerunt, est mihi gratissimum, sed vellem non solum salutis meae, quemadmodum medici, sed etiam vt aliptae, virium & coloris rationem habere voluissent. Nunc vt Apelles Veneris caput, & summa pectoris politissima

sma arte perfecit, reliquam partem corporis inco-
 tam reliquit: sic quidam homines in capite meo so-
 lum elaborarunt, reliquum corpus imperfectum ac
 rude reliquerunt. In quo ego spem fefelli, non modo
 inuidorum, sed etiam inimicorum meorum: qui de
 vno acerrimo & fortissimo viro, meoq; iudicio, om-
 nium magnitudine animi et constantia praestantissimo
 Q. Metello, Lucij filio, quondam falsam opinionem
 acceperunt: quem post reditū dictitant fracto animo
 & demisso fuisse. Est vero probandum, qui & sum-
 ma voluntate cesserit, & egregia animi alacritate
 abfuerit, neq; sane redire curarit, eum ob id ipsum
 fractum fuisse, in quo cum omnes homines, tum M.
 illum Scaurum singularem virum constantia & gra-
 uitate superasset. Sed quod de illo acceperant, aut
 etiam suspicabantur, de me idem cogitabant, abie-
 ctiore animo me futurum, cum Respublica maiorem
 etiam mihi animum, quam vnquam habuissem, daret,
 quae iam declarasset, sese non potuisse me vno ciue ca-
 rere, cum Q. Metellum vnus tribuni plebis rogatio,
 me vniuersa Respublica duce senatu, comitante Ita-
 lia, [a] promulgantibus omnibus, referente, Con-
 sule, comitijs centuriatis, cunctis ordinibus, homini-
 busq; incumbentibus, omnibus deniq; viribus suis re-
 cuperasset. Neg. vero ego mihi postea quicquam as-
 sumsi, neq; hodie assumo, quod quenquam maleuo-
 lentissimum iure posset offendere: tantum enitor, vt
 neg. amicis, neq; etiam alienioribus opera consilio, la-
 bore desim. Hic mea vite cursus offendit eos for-
 tasse, qui splendorem & speciem huius vite intuen-
 tur, solitudinem autem & laborem perspicere non
 possunt. Illud vero non obscure queruntur in meis sen-
 tentijs,

14.

Caput 7.

officijs itatis

tentijs, quibus ornem Casarem, ^{dum} quasi destiterim pri-
 stina causa. Ego autem cum illa sequor, quae pau-
 lo ante proposui, tum hoc non in postremis, de quo
 coeperam exponere. Non offendes eundem hono-
 rum sensum Lentule, quem reliquisti: qui confirma-
 tus consilii nostro, nonnunquam postea interrup-
 tus, afflictus ante te Consulem, recreatus abs te to-
 tus est: nunc ab ijs, quibus tuendus fuerat, dereli-
 ctus: idq. non solum fronte atq. vultu, quibus simula-
 tio facillime sustinetur, declarant q., qui tum nostro
 illo statu optimates nominabantur, sed etiam sensu se-
 pe iam tabellag. docuerunt. Itaq. tota iam sapien-
 tia civium, qualem me & esse & numerari volo, &
 sententia & voluntas mutata esse debet. Id enim
 iubet idem ille Plato, quem ego autorem vehemen-
 ter sequor: **TANTUM** contendere in Republica,
 quantum probare tuis civibus possis: Vim neq. pareu-
 ri, neq. patrie asserere oportere. Atq. hanc quidem
 ille causam sibi ait non attingenda Republica fuisse,
 quod cum offendisset populum Atheniensem prope iam
 desipientem senectute, cumq. eum nec persuadendo,
 14. [b] nec cogendo regi posse vidisset, cum persuade-
 ri posse diffideret, cogi fas esse non arbitraretur. Mea
 ratio fuit alia, quod neq. desipiente populo, neq. inte-
 gra re mihi ad consulendum, capesserem ne Rempu-
 blicam, implicatus tenebar. Sed letatus tamen sum,
 quod mihi liceret in eadem causa & mihi vitia &
 cuius bono recta defendere. Huc accessit commemo-
 randa quedam & divina Caesaris in me, fratremq.
 meum liberalitas, qui mihi quascunq. res gereret, tu-
 endus esset. Nunc in tanta felicitate, tantisq. victo-
 rijs, etiamsi non in nos is esset, qui est, tamen ornandus vi-

Simulandi

Obacientie.

Cogendi

 inq. sua
 inq. qua
 722

Cap: 8

dus videretur. Sic enim te existimare velim, cum
 à vobis meo salutis autoribus discesserim, neminem
 esse, cuius officij me tam esse deuinctum non solum
 confitear, sed & gaudeam. Quod quoniam tibi expo-
 sui, facilia sunt ea, quae à me de Vatino & de Crasso
 requiris. Nam de Appio quod scribis, sicut de Cesare,
 te non reprehendere, gaudeo consilium tibi probari
 meum. De Vatino autem, primum reditus interces-
 serat in gratiam per Pompeium, statim ut ille praetor
 factus est, cum quidem ego eius petitionem grauissi-
 mis in senatu sententijs oppugnassem, neq; tam illius
 ledendi causa, quam defendendi, atq; ornandi Ca-
 tonis. Post autem Caesaris, ut illum defenderem, mi-
 ra contentio est consecuta. Cur autem laudarem, pe-
 to à te, ut id à me, neue in hoc reo, neue in alijs que-
 ras: ne tibi ego idem reponam, cum veneris: tamen si
 possum vel absenti. Recordare enim quibus lauda-
 tionem ex vltimis terris miseris, ne hoc pertimueris:
 nam à meipso laudantur & laudabuntur iidem. Sed
 tamen defendendi Vatinij fuit etiam ille stimulus,
 [a] de quo in iudicio, cum illum defenderem, dixi me
 facere quiddam, quod in Eunuchio parasitus suaderet
 militi:

Vbi nominabit Phedriam, tu Pamphilam
 Continuo: si quando illa dicet, Phedriam
 Intromittamus comessatum, tu Pamphilam
 Cantatum prouocemus: si laudabit hac
 illius formam, tu huius contra, deniq;
 Par pari referto, quod eam mordeat.

Sic petui à iudicibus, ut quoniam quidam nobiles ho-
 mines, & de me optime meriti, nimis amarent inimi-
 cum meum, meq; inspectante saepe eum in senatu mo-
 do se-

do se uere seducerent, modo familiariter atque hilare
 * amplexarentur: quoniam, illi haberent suum Pub-
 lium, darent mihi alium Publium, in quo possem eo-
 rum animos mediocriter lacesitus leuiter repunge-
 re. Neq; solum dixi, sed etiam saepe facio, ^{placendi} dis homi-
nibusq; approbantibus. ^{cap. 9.} Habes de Vatimio: cognosce
de Crasso. Ego, cum mihi cum illo magna iam gratia ^{amicitia}
esset, quod eius omnes grauissimas iniurias communis ^{condonandi.}
concordiae causa voluntaria quadam obliuione con-
triuera, eius repentinam defensionem Gabini, quem
proximis superioribus diebus acerrime oppugnasset:
tamen si sine ulla mea contumelia suscepisset, tulis-
sem: sed cum me disputantem, non lacescentem le-
fisset, exarsi, non solum praesenti, credo, iracundia ^{iracundiae}
(nam ea tam vehemens fortasse non fuisset) sed cum
inclusum illud odium multarum eius in me iniuria- ^B
rum, quod ego effudisse me omne arbitrabar, resi-
duum tamen insciente me fuisset, omne repente ap-
paruit. Quo quidem tempore ipso, quidam homi-
nes, & ydem illi, quos saepe nutu, significationeque ^{Alidandi}
 15. appello, cum se maximum fructum [b] cepisse di- ^{utilitatis}
cerent ex libertate mea, meq; dum deniq; sibi esse
visum Reipub. qualis fuisset, restitutum: cumq; ea
contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset:
gaudere se dicebant mihi, & illum inimicum, & eos,
qui in eadem causa essent, nunquam amicos futu-
ros. Quorum inquit sermones cum ad me per hone- ^{Rasice no}
stissimos homines perferrentur, cumq; Pompeius ita
contendisset, ut nihil unquam magis, ut cum Crasso
redirem in gratiam, Caesarq; per literas maxima se
molestia ex illa contentione affectum ostenderet:
habui non temporum solum rationem eorum, sed
 natu-

nature etiam mee: Crassusq; ut quasi testata populo
 Romano esset nostra gratia, pene a meis laribus in
 prouinciam est profectus. Nam cum mihi ^{in hoc loco} conlaxisset, ^{inquit}
 cenauit apud me in mei generi Craspedis hortis.
 Quamobrem eius causam, quod te scribis audisse, ma-
 gna illius commendatione susceptam, defendi in sena-
 tu, sicut mea fides postulabat: Accepisti quibus rebus
 adductus, quamq; rem, causamq; defenderim, quib;
 meus in Repub. sit pro mea parte capeienda status.
 De quo sic velim statuas, me hac eadem sensurum
 fuisse, si mihi integra omnia, ac libera fuissent. Nam
 neq; pugnandum arbitrarer contra tantas opes: neq;
 delendum, etiamsi id fieri posset, summorum ciuium
 principatum: neque permanendum in vna sententia
 conuersis rebus, ac bonorum voluntatibus immuta-
 tis, sed temporibus assentiendum. **NON QVAM**
ENIM PRESTANTIBVS IN REPUBLICA gubernanda viris laudata est in vna sententia
 perpetua permansio, sed ut in nauigando tempestatu
 obsequi artis est, etiamsi portum tenere nequeas, cum
 vero id possis [a] mutata velificatione assequi, stul- 16.
 tum est eum tenere cum periculo cursum, quem coe-
 peris, potius quam eo commutato, quo velis tandem
 peruenire: sic cum omnibus ~~nobis~~ in administranda
 Repub. propositum esse debeat id, quod a me sepius
 dictum est, cum dignitate ocium: ^{publica honestate} NON idem sen-
 per dicere, sed idem semper spectare debemus.
 Quamobrem, ut paulo ante posui, si essent omnia
 mihi solutissima, tamen in Republica non alius essem
 atque nunc sum. Cum vero in hunc sensum & alli-
 ciar beneficis hominum, & compellar inuicis, facile
 patior ea me de Repub. sentire ac dicere, que maxi-
 me

Cap. 10.

L. C. Valerius

Libertatis

Tempori serui-
endum.

me cum mihi, tum etiam Reipub. rationibus putem ^{utilitatis.}
 conducere. Apertius autem hac ago, ac sapius. Quod
 & Q. frater meus legatus est Caesaris, & nullum me- ^{gratitudinis.}
 um minimum dictum, non modo factum, pro Casare
 intercesit, quod ille non ita illustri gratia exceperit,
 ut ego eum mihi deumtum putarem. Itaq, eius omni
 & gratia, quae summa est, & opibus, quas intelligis
 esse maximas, sic fruor, ut meis. Nec mihi aliter po-
 tuisse videor hominum perditorum de me consilia
 frangere, nisi cum praesidijs ijs, quae semper habui, nunc
 etiam potentum benevolentiam coniunxissem. His
 ego consilijs, si te praesentem habuissem, ut opinio mea ^{putandi.}
 fert esset usus ijsdem: novi enim temperantiam, & ^{Laudandi.}
 moderationem naturae tuae: novi animum, tum mihi
 amicissimum, tum nullam in ceteros malevolentiam sus-
 fusum. Contraq, cum magnum & excelsum, tum et-
 iam apertum & simplicem. Vidi ego quosdam in te
 taleis, quales tu eosdem in me videre potuisti. Quae
 me moverunt, movissent eadem te profecto. Sed quo- ^{praesentiae.}
 I 6. cunq, tempore [b] mihi potestas praesentis tui fuerit,
 tu eris omnium moderator consiliorum meorum, tibi
 erit eidem, cui salus mea fuit, etiam dignitas cura:
 Me quidem certe tuarum actionum, sententiarum, ^{Societatis.}
 voluntatum rerum deniq, omnium socium comitemq,
 habebis: neq, mihi in omni vita res tam erit vlla pro- ^{diligentiae.}
 posita, quam ut quotidie vehementius te de me opti- ^{gratitudinis.}
 me meritum esse letere. Vale.

M. T. C. PUBLIO LENTIV-
 LO S. P. D.

IO

QVOD rogas, ut mea tibi scripta mittam, quae
 post tuum discessum scripserim: sunt orationes quae-
 dam,

dam, quas Menocrito dabo, neq; ita multa, vt perti-
 neas. Scripsi etiam carmina quaedam: nam ab ora-
 tionibus ⁱⁿdisungo me interdum, referoq; ad mansue-
 ziores musas, quae me maxime, sicut iam à prima
 adolescentia delectarunt. Scripsi etiam Aristotelico
 more, quemadmodum quidem volui, treis libros in
 disputatione ac dialogo ⁱⁿde Oratore, quos arbitror
 Lentulo tuo fore non inutileis. Abhorrent enim à com-
 munibus praeceptis, & omnem antiquorum, & Aristo-
 telicam, & Isocraticam rationem oratoriam com-
 plectuntur. Scripsi etiam versibus treis libros de tem-
 poribus meis: quos iampridem ad te misissem, si esse
 edendos putassem. Sunt enim testes, & erunt sempi-
 terni meritorum erga me tuorum, meaq; in te pieta-
 tis. Sed quia verebar non eos, qui se lesos arbitraren-
 tur (etenim id feci parce & molliter) sed eos quos
 erat infinitum bene de me meritis omnes nominare,
 non misi. Quos tamen ipsos libros, si quem, cui recte
 committam, inuenero, curabo ad te perferendos. At-
 que istam quidem partem vitae consuetudinisq; no-
 strae totam ad te deferò. Quantum literis, quantum
 studijs veteribus nostris delectationibus consequi po-
 terimus, [a] id omne ad arbitrium tuum, qui semper
 hac amasti, libentissime conferemus. Quae ad me de
 tuis rebus domesticis scribis, quaeq; mihi commendas,
 ea tanta mihi cura sunt, vt me nolum admoneri, ro-
 gari vero sine magno dolore vix possum. Quod de Q.
 fratris negocio scribis, te priore aetate, quod morbo
 impeditus in Ciliciam non transferis, conficere non
 potuisse, nunc autem omnia facturum, vt conficias,
 id scito esse eiusmodi, vt frater meus vere existimet,
 adiuncto isto fundo patrimonii fore suum per te con-
 stitu-

*Formula
 offerendi ani-
 mae p[ro]p[ri]ae*

stitutum. Tu me de tuis rebus omnibus, & de Len-
tuli tui nostris, studiis, & exercitationibus, velim
quam familiarissime certiores, & quam sapissime
facias, existimeq, neminem cuiquam neq, cariores, *Formula amoris*
neq, incundiores vnquam fuisse, quam te mihi idg,
me, non modo vt tu sentias, sed vt omnes gentes, et-
iam vt posteritas omnis intelligat, esse facturum. Ap-
pius in sermonibus antea dictitabat, postea dixit eri-
am in senatu palam, sese, si licitum esset, legem tu-
riatam ferre, sortiturum cum collega esse prouinciā:
si Curiata lex non esset, se partiturum cum collega, ti-
biq, successurum, legemq, Curiatam consuli ferre
Ecce quod dicitur
celeg est non
id est quod est
opus esse, sibi necesse non esse, se, quoniam ex senatu
consulto prouinciam haberet, lege Cornelia imperi-
um habiturum, quod in urbem introisset. Ego quid
ad te tuorum quisque necessariorum scribat, nescio:
varias esse opinionēs intelligo. Sunt qui putent posse
te non decedere, q, sine lege Curiata tibi succedatur:
sunt etiam, qui, si decedas, à te relinqui posse putent,
qui prouincia præsint. Mihi non tam de iure certum
est (quanquam ne id quidem valde dubium est) quam
illud ad tuam summam. [b] amplitudinem, digni-
tatem, libertatem, qua te scio libentissime frui so-
lere, pertinere, te sine vlla mora prouinciam suc-
cessori concedere: praesertim cum sine suspitione
tuae cupiditatis non possis illius cupiditatem refuta-
re: ego virumque puto meum esse, & quid senti-
am, ostendere, & quod feceris, defendere. Scripta
iam epistola superiore, accepi tuas literas de publica-
nis, quibus equitatem tuam non potui non probare:
facultate autem, quod vellem, consequi potuisses,
ne eius ordinis, quem semper ornasti, rem aut vo-
luntia-

M. T. C. EPIST. FAM.

inf. x. l. 7.
luntatem offenderes. Equidem non desinam tua decreta defendere, sed nosti consuetudinem hominum, scis quam grauitur inimici illi ipsi Q. Scauola fuerint. Tibi tamen sum autor, vt quibus rebus possis, cum tibi ordinem aut reconcilies, aut mitiges. Id etsi difficile est, tamen mihi videtur esse prudentia tua. Vale.

M. T. C. VALERIO IVRISCON-
II SVLTO S. P. D.

inf. x. l. 7.
VR ENIM TIBI HOC NON gratificer, nescio: praesertim cum his temporibus audacia pro sapientia liceat vti. Lentulo nostro egi per literas tuo nomine gratias diligenter. Sed tu velim desinas iam nostris literis vti, & nos aliquando reuifas, & ibi malis esse, vbi aliquo numero sis, quam isthic, vbi solus sapere videare. Quanquam qui isthic nunc veniunt, partim te superbum esse dicunt, quod nihil respondeas: partim contumeliosum, quod male respondeas. Sed iam cupio tecum coram iocari. Quare fac, vt quamprimum venias, neq; in Apuliam tuam accedas, vt possimus saluum te [a] venisse gaudere. Nam illo si veneris, tanquam Vlysses cognoscas tuorum neminem. Vale.

M. T. CICERO IIIS EPI-
STOLARVM LIBER AD
CVRIONEM ET CA-
TEROS.

M. T. C. CVRIONI S. P. D. 12

QVAN-